

1720, 3
FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS

73

26 1/2

36

HUGO FRAN-
CISC. HUNOLD,
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS
ELECTORALIS.

de evictiois praestatione.

B. L. S.

ERFORDIÆ,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

FACULTATIS IURIDICAE
DECANUS

HUGO
CISC. HUNOLD

J. U. D.

CONSILIARIUS RECTORALIS
RECTORALIS

B. A. S.

—————
LITURGIA
THE JOH. HENRICH GROSCHKE AD 1791





* * *



Um non raro, rem alienam vel
alteri obligatam alienari con-
tingat, nata est evictionis præ-
statio, **Gewebrsleistung** / de
quâ *tit. ff. § Cod. de evict.*
(à quâ differit evictionem

facere, nostratibus *entwähren* / itemque pati, ut
puta tertius facit evictionem, emptor patitur
eandem, & venditor præstat) ubi notandum,
aliud esse præstationem evictionis, aliud pretii
restitutionem, quandoquidem præstatio evi-
ctionis complectitur omne quod interest. *L.*
60. ff. de evict. Evinci autem res censetur non

X. 2

tan-

tantum si emptori auferatur ejus possessio, sed
& si emptor contra possessorem agens nihil ob-
tinuerit. *L. evict. 16. §. 1. ff. d. t.* ad quam præ-
standam etsi nihil convenerit, venditor tamen
exempto tenetur secundum naturam contra-
ctus *d. l. 16. in pr.* adeo ut etiam stipulatione
interpositâ nihilominus actioni ex empto lo-
cus sit, si eam emptor elegerit, quod eidem
renuntiasse non censetur *L. sed etsi 18. d. t.*
quam tamen variis casibus cessare perquam no-
tum est, veluti si res, quam constat alienam
esse, necdum sit evicta *L. 3. Cod. d. Evict.*
cum necdum habeat, quod conqueratur
emptor, qui rem pacificè possidet, ita pariter
in lucrativis negotiis regulariter cessat evictio,
exceptis donatione ob causam *L. 1. Cod. de
donat. qua sub mod.* Legato generis & speciei
L. 45. §. 1. L. 57. ff. de legat. 1. Judæos tamen
quamvis suo nomine vendiderint, Jure Saxon.
de evictione non teneri traditur 3. *LandR. 7.*
Weichbild art. ult. adeo ut etiam rem furtivam
apud se deprehensam contra jus commune *L.*
2. Cod. de furt. sine pretio non restituant; quia
autem Judæus hoc modo melioris esset condi-
tio-

tionis, quam Christianus, meritò hæc consue-
tudo improbatur & inter irrationabiles refertur
*vid. Wehner. in Observ. pract. verb. Gewehr/
Gewehrschafft/ 2c. & in verb. Gewohnheit/ gu-
te und böse Gewohnheiten 2c. quare hoc jus
Judæorum singulare post Recess. Imp. de anno
1548. §. von Juden und ihren Wucher hodie
meritò non attenditur. Sic evictionis præsta-
tio locum haud obtinet, si emptor motam
sibi controversiam ante conclusionem in cau-
sa venditori non denunciaverit, L. parentes
20. C. d. evict. peccat enim emptor non advo-
cando venditorem, cui poterat fuisse justa de-
fensionis causa, melius scilicet scienti rei à se
venditæ jus & conditionem, num autem au-
tore laudato, si evicta res sit, fidejussor (etiam-
si causam agi ignoraverit) evictionis nomi-
ne conveniri possit? pluribus deducet*

Nobilis & Clarissimus

DOMINUS

FERDINANDUS WAGENER,

Brunsvicensis,

Jur. Utr. Candid. ac Lautenthalensis
hætenus Actuarius.

X 3

In

In modo memorata Urbe Brunsvigæ, die 18. Martii
anno 1684. in lucem editus, Parentem habuit Virum
integerrimum BURCHARDUM WAGENER, Se-
renissimi Ducis Brunsvicensis & Lüneburgensis Gem-
marium Aulicum, Matrem vero DOROTHEAM
JULIANAM Danhauern / ex insigni & bene me-
renti familia Danhaueriana Argentoratensi oriundam.
Optimi hi Parentes jam piè defuncti piâ in prolem
curâ nihil antiquius quam bonam educationem ha-
buere, ideoque quamprimum per teneros annos li-
cuit, privato fidelissimorum Pædagogorum magisterio
eum commiserunt, posteaque in latinitate, nec non in a-
liis humanioribus disciplinis sub manu ductione præcla-
rissimorum atque doctissimorum Gymnasii Brunsvi-
censis Præceptorum : Dni Rectoris GEBHARDI, ac
Dn. Con-Rectoris POLEMANNI, quorum amorem,
fidelitatem & curam in docendo nullo non tempore
oblivioni mandabit) instructum & ad Acroases Aca-
demicas præparatum anno 1706. Helmstadium dimi-
serunt, ubi sub Pro-Rectoratu Magnifici Dni JOH.
BARTH. NIEMEIRII, SS. Theol. Doctoris, ejusdem-
que Professoris publici, die 31. Jan. ejusdem anni, al-
bo Studioforum insertus, collegia imprimis Philoso-
phica Dn. Doctoris KOCHII frequentavit, Mathe-
seos verò explicationem moderatore Wideburgio
auscultavit : quibus præcognitis, Jurisprudentiæ stu-
dio propius accessit consultissimum nimirum atque
Excellentissimum Dnum ENGELBRECHTUM. In-
stitutiones Justinianas explanantem indefesse audi-
vit, parique industriâ Consultissimi atque Excellentis-
simi

simi Dni. ANDRÆ HOMBURGII, J. U. D. Institut.
& Jur. Crimin. Profess. Publ. Ordin. & Judic. Aul.
Gvelf. Assessoris Prælectionibus in Pandectas ibidem
interfuit, posthæc florentissimam Universitatem Sa-
lanam anno 1707. die 13. septemb. salutavit, ubi sub
Consultis. Dni SCHROETERI, Prof. publ. Curiaë
Provinc. Saxon. Advoc. senioris fidelissimâ instructio-
ne syntagmata Juris tam Civilis quam Feudalis Stru-
viana, nec non DESSELI Juris Canonici erotema-
ta absolvit, & ne quid in Jure publico negligeretur,
collegio in introductionem Schvvederianam illustris
atque Magnifici Domini CHRISTIANI WILDVO-
GELII Jcti & Consilarii Saxo-Isenacensis intimi An-
tecessoris Facultatis Juridicæ, ac Scabinatûs Curiaë-
que Provincialis Assessoris interfuit, postquam au-
tem anno 1710. domum revocatus, consilio propin-
quorum munus Actuarii Lautenthalensis suscepit, &
usque huc non sine insigni fructu & laude diligentis-
sime administravit. Ad nostram tandem Universita-
tem sese convertit, summos in utroque Jure honores
& privilegia reportaturus, quibus ut se dignum præ-
beret, ad edenda specimina facultatem a Nobis petiit,
quare primo eidem examen rigorosum indiximus,
in quo tantum in Jurisprudencia profectum, tantam-
que doctrinam ostendit, ut & Jurisprudenciæ funda-
menta ipsum tenere, & ad ulteriora specimina ad-
mittendum esse declaraverimus, quare proxima die
Mercurii, die IX. Octobris in Lectione Cursoria L.
Autore 7. Cod. de Evict. publicè explanabit, quâ absolutâ
Inauguralem etiam Dissertationem

DE

DE AUTORE QUATENUS DESIGNAT PERSONAM, A QUA ALIQUID ACCEPIMUS,

Don Wehrmann/

publicæ Eruditorum disquisitioni submitter, quem Actum suâ præsentia Academiæ Magnificus Dn. Rector, spectabiles DD. Decani, & reliqui DD. Proceres, ut & nobilissimi D. Studiosi condecorare velint, perhumaniter invitantur, Publicatum sub Facultatis nostræ Sigillo, Erfurti 17. Octobris anno a Christo nato MDCCXX.



77-α (1+12)


56.


ULB Halle 3
004 997 492



WDIP







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1720, 3
FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS

23
26
36

HUGO FRAN-
CISC. HUNOLD,
J. U. D.

CONSILIARIUS REGIMINIS
ELECTORALIS.

de evictionis praestatione.

B. L. S.

ERFORDIÆ,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

